



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando cibum sumpturi sumus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

emptitorum: eo quod ipse de nihilo nos condiderit, & pretioso sanguine suo nos redemerit. Dignum etenim & iustum est, quod creatura creaturi, filius Patri: seruus Domino, mancipium emptori suo, famuletur.

Quando cibum sumpturi sumus.

CUM omni tempore mēs in sanctis & pijs sanctis cōsiderationibus occupāda sit: id tamen tunc vel maximè faciendū est, quando corpori cibum ministraturi sumus, tum propter periculum, ne malignus spiritus aut propria sensualitas nos circumueniant, & ad necessitatis terminos in manducando transiliendos impellāt, faciantque vt plus cibi quam necessitas corporis exigat sumamus: tum ne immoderatè in manducando delectemur, quod animam maximoperè hebetare atque obtundere, totamque animalem efficere, neq; modò tunc, sed etiam multò post tempore ad spiritualia inhabilem & ineptam reddere solet. Atque hanc ob causam pr m

dd

Re

Religionum sanctissimarum institu-
tores, statuerunt, vt inter manducan-
dum bona quedam prælegerentur,
vt animi in his quæ audit occupata, à
voluptate manducandi paululum ab-
straheretur. Idem Sacra concilia, ab
Episcopis alijsque Prælatiſ, qui præ
cæteris magis ad virtutum studia, &
deliciarum, carnisque voluptatum
contemptum obligati ſunt, fieri de-
creuerant. Quapropter, qui in ſpiri-
tu proficere & interiorem animæ vi-
gorem conſeruare cupiunt, cum te-
neantur ad ſumendam corporis refe-
ctionem, nec licite corpori, quæ ipſi-
us ſunt, ſubtrahere poſſint; præter-
quam quod diligentem curam habe-
re debeant, vt hoc fiat debita cum té-
perantia tam in qualitate, quam in
quantitate ciborum: debent refe-
ctionis tempore conſiderationibus
quibusdam ſe diligentiffimè munire,
ne manducandi voluptas ſpiritum
relaxet, & à ſuo feruore atque con-
ſtantia deiſciat. Cum igitur hoc ita
neceſſarium ſit, erimus in hac parte
aliquan

aliquanto fusiores, & exercitia singulis vniuscuiusque hebdomadae diebus inter refectionem exercenda subministrabimus.

FERIA SECUNDA.

Exercit. 33.

Psalm. 144. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore oportuno, Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Psalm. 146. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.

Psalm. 103. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore oportuno. Dant te, illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.

Matth. 6. Respicite volatilia caeli, quae non serunt, neque metunt neque congregant in horrea, & Pater vester caelestis pascit illa.

Con II